

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Tertij ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISTIN. III.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150218

A ratione cuius aliquid eius sit terminus, & de mutatione communiter dicta. ita hic, & huius mutationis proprie dictę terminus est corpus organicum, quod est aliquid corporis animati.

QVÆRITVR ETIAM DE
CARNE VERBI &c.

DISTINCTIO II.



In hac istam distinctionem, in qua magister agit de qualitate nature assumptę quarunt duo, vñ de matre, & aliud de prole. Prius est vtrum beata virgo fuerit concepta in originali peccato. Secundum de sanctificatione corporis Christi, quare. scilicet quomodo non contraxerit originale peccatum.

QVÆSTIO. I.

Vtrum beata virgo fuerit concepta in originali peccato.



In hac primum arguitur sic. in Adā omnes peccauerunt. Rom. 5. non nisi, quia fuerunt in eo secundum rationem seminalem, ita fuit in eo beata virgo. igitur &c. Item Damascenus. c. 10. & 48. spiritus sanctus purgavit eā. purgatio non est nisi a peccato, igitur habuit peccatum, non actuale igitur &c. Item Augustinus. de fide ad Petrum. Firmissime tenet nullatenus dubites omnem hominem, qui per concubitus viri & mulieris concipitur, cum

peccato originali nasci. Item C. idem illud 10. Ecce agnus Dei &c. Solus innocens, quia non sic venit. scilicet secundum communem propagationem. Item Leo Papa in sermone de natiuitate domini. Sicut a reatu nullum liberum reperit, ita liberandis omnibus venit. igitur &c. Item Hieronymus super illud Psalmi. Et de manu canis vnica meam. videtur idem dicere. Item de consensu. dist. 3. c. 1. ibi. Natiuitas in gloria. Item Bernardus de conceptu eius dicit. Quod fuit in peccato originali concepta. Item Anselmus. 2. Cur Deus homo. c. 16. Item hoc idem vult Bernardus in quadam epistola, & probat quia non fuit sanctificata ante conceptum, patet. nec in conceptu, quia ibi fuit libido. Contra. Augustinus. de natura & gratia circa medium, & ponitur in littera. c. 3. Cum de peccatis agitur, de Maria nullam prorsus volo habere questionem. Et Anselmus. de conceptu virginali. c. 18. Decuit ut ea puritate virgo niteretur quam maior sub Deo nequit intelligi. posset autem intelligi pura innocentia sub Deo, qualis in Christo. igitur &c.

DICITVR communiter Theologia. 1. 2. quod sic. propter auctoritates adductas, & propter rationes assumptas ex duobus medijs, quorum vnum est excellentia filii sui. ipse enim ut redemptor vniuersalis omnibus ianuam aperuit, sed si beata virgo non contraxisset originale, non indignisset redemptore, nec ipse sibi ianuam aperuisset, quia non fuisset sibi clausa, non enim clauderetur nisi propter peccatum & maxime originale. Secundum medium ex his quę apparent in beata virgine. ipsa enim pro-

Tho. 1. 2. q. 31. art. 2. & 3. scripto de sum. 3. & 3. par. 5. q. 27. art. 2. vide bo. & alios aniquos hic. c. 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100.

A propagato communi lege. & p
consequens corpus eius propa-
patum & formatum de semine
infecto, & ita eadem ratio infe-
ctionis in corpore eius, que erat
in corpore alterius sic propaga-
ti, & corpore infecto inficiatur
anima, eadem ratio infectionis
erat in anima eius que & in ani-
mabus aliorum cōmuniter pro-
pagatorum. ¶ Similiter habuit
penas communes nature huma-
næ vt sitim, famem, & huiusmo-
di que insiguntur nobis ppter
peccatum originale, & illę non
erant voluntarie assumptę, quia
nō erat redēptrix vel reparatrix
nostra, quia tunc filius eius non
fuisset redemptor omnium ge-
neraliter. igitur erant sibi inli-
tę a Deo, & non iniuste. ergo
propter peccatum, & ita ipsa nō
erat innocens.

CONTRA primam ratio-
tionem arguitur ex excellentia
filij sui in quantum redemptor
reconciliator & mediator, q̄ ip-
sa non contraxit peccatum ori-
ginale. Perfectissimus n. media-
tor habet perfectissimum actū
mediandi respectu alicuius per-
sonę pro qua mediat, sed Chri-
stus est perfectissimus media-
tor igitur Christus habuit per-
fectissimum gradum mediandi
possibile respectu alicuius crea-
turę siue personę respectu cu-
ius erat mediator, sed respectu
nullius personę habuit excellen-
torem gradum quam respectu
Marię. igitur &c. sed hoc nō el-
set nisi meruisset eam pręserua-
ri a peccato originali. quod pro-
bo tripliciter. ¶ Primo per com-
parationem ad Deum, cui reco-
ciliat. ¶ Secundo per compara-
tionem ad malum, a quo libe-
rat. ¶ Tercio per comparationē

ad obligationem personę, quā **C**
reconciliat. ¶ Ad videndum pri-
mam probationem pono exem-
plum consonum exemplo An-
sel. cur Deus homo lib. 2. c. 16.
aliquis offendens regem deme-
retur intantum vt omni filio na-
turali eius rex offendatur, & of-
fendens exharediter cum. Ista
offensa statuitur non remitten-
da nisi offeratur regi ab aliquo
innocente aliquod obsequium
magis planctas & gratum quam
peccatum fuerit offensiuū. Ali-
quis offert obsequium ita gra-
tum q̄ reconciliet filios vt non
exharedetur, tamen cuilibet na-
to reo offenditur, licet postea re-
mitrat offensam propter merita
mediatoris. Sed si ille mediator
posset ita perfecte placare regē
vt pręueniret respectu alicuius
filij ire ne ei offenderetur. hoc
magis esset quam si rex offen-
sam habitam contra talem re-
mitteret, sed hoc non est impos-
sibile, cum hic offensā nō est ex
culpa propria, sed ex alia contra-
cta. ¶ Ex illo arguitur sic, nullus
summe vel perfectissime placat
aliquem pro offensā alicuius cō-
trahenda nisi posset pręuenire,
ne illi offendatur; nam si iā of-
fensum placat vt remittat, non
perfectissime placat. Sed in pro-
posito Deus non offenditur ani-
ma propter motum interiorem
in ipso, sed tantum propter cul-
pam in ipsa anima. igitur Chri-
stus non perfectissime placat tri-
nitatem pro culpa contrahenda
a filijs Adę, si non pręueniat vt
alicui trinitas non offendatur, &
per consequens q̄ anima alicuius
filij Adę non habeat culpā
talem. ¶ Ex secunda via argui-
tur dupliciter primo, quia per-
fectissimus mediator meretur

*Vide in
dist. 19.
hoc exem-
plum.*

A motionem omnis penę ab eo quem reconciliat, sed culpa originalis est maior pœna quam ipsa carentia visionis diuinę, sicut declaratum fuit distin. 36. secundum lib. quia peccatum est maxima pœna natura intellectualis inter omnes pœnas eius. igitur si Christus perfectissime reconciliavit istam pœnam grauissimam meruit ab aliquo auferri non nisi a matre. igitur &c. ¶ Cōfirmatur istud per exemplū, quia si filio Adę esset maxima pœna regem contra eum offendi, nullus eum perfectissime reconciliaret, nisi auferret ab eo, non tantum ex hereditationem, sed etiā esse inimicum regis. igitur &c. ¶ Ex eadem via arguitur secundum quod Christus immediatius videtur fuisse reparator. & reconciliator noster a peccato originali quod actuali. quia necessitas incarnationis, passionis &c. assignatur cōiter ex peccato originali. Sed supponitur cōiter quod ipse fuit ita perfectus mediator respectu alicuius psonę, puta Marię, quod eam pręseruauit ab omni peccato actuali. igitur similiter a peccato originali. Ex tertia via arguo sic. persona reconciliata non summe obligatur mediatori, nisi ab ipso summum bonum habeat, quod potest per mediatorem haberi, sed innocentia illa. pręseruatio a culpa contracta vel contrahenda potest huius per mediatorē. ergo nulla persona summe tenebitur Christo ut mediator, si nullā pręseruauit a peccato originali. ¶ Et si dicas quod

Et, vide
21. dist. 7. aqualiter tenetur persona cui re-
mittitur peccatum quantum per-
sona quod pręseruatur a peccato per il-
lud Luc. 7. Cui magis dimittitur
magis diligit, quare ibi re-

sponsione Aug. quod omnia possibilia committi, non commissa, sunt dimissa, ac si essent commissa, immo excellentius beneficiū est pręseruare a malo, quod permittere incidere in malum ab eo, & postea liberare. ¶ Videtur etiā, quod cum Christus multis animabus meruerit gratiam, & gloriā, & per his sint Christo debitores, ut mediator, quare nulla anima erit ei debitor pro innocentia. & quare erit omnes angeli beati sint innocentes, & nulla humana anima erit innocens in patria, nisi sola anima Christi. ¶ Secunda etiā ratio, quę accepta fuit ex his quę apparent in Maria, non videtur concludere, quod non arguitur. & primo de infectione carnis propter seminationem non arguit secundum viam Anselmi de peccato originali, quę tacta fuit di. 32.2. lib. aut dato quod sic contrahitur peccatum originale cōiter, tamen infectio carnis manens post baptismū non est necessaria cā quare maneat peccatum originale in anima, sed ipsa manente peccato originale deletur per gratiam collatam, ita posset Deus in primo instanti conceptionis virginis dando tunc gratiam delere ne esset cā necessaria infectionis in anima, si gratia tolleretur culpā in anima. ¶ Aliud de passionibus Marię non concludit. potest enim mediator reconciliare aliquem ut auferant ab eo pœnę sibi inutiles, & relinquantur in penis sibi vtilibus. originalis culpa non fuisset vtilis Marię, pœnę temporales tamen fuerunt vtilis, quia in eis meruit. igitur &c.

A D Q V A E S T I O N E M
igitur dico. ¶ Quod Deus potuit
facere quod ipsa nunquam fuisset in peccato
Secundo. sup. iij. Sen. D ori-

quare
hic & oē.
sequaces
huius.

A originali. ¶ Potuit etiam fecisse ut tantum in vno instanti esset in peccato. ¶ Potuit etiam fasciari ut per ipsam aliquod esset in peccato, & in ultimo instanti illius temporis purgaretur. ¶ Prius sententia declaro, quia gratia æquivaleret iustitiæ originali quantum ad

acceptationem divinam, ut propter hanc animam habenti gratiam non inisset peccatum originale, potuit enim Deus in primo instanti illius anime infundere sibi gratiam tantam quantum alij anime in circuncisione vel baptismo. igitur in illo instanti anima non habuisset peccatum originale, sicut nec habuisset si postea fuisset baptizata, & si etiam infectio carnis fuit ibi in primo instanti, non fuit tamen necessaria causa in sectionis anime, sicut nec post baptismum quoniam manet secundum multos, & infectio anime non manet, aut potuit caro mundari ante infusionem anime ut in illo instanti non esset infecta.

B Sed ostenditur contra hoc. ¶ Secundo patet, quia si agens naturale potest incipere agere in instanti, ita quod in illo instanti fuerit in esse quieto sub vno contrario & in tempore habito est sub forma contraria in fieri, & quicumque agens naturale potest agere, Deus potest agere, igitur potest & in tempore habito alicui instanti causare gratiam. ¶ Hoc etiam confirmatur, quia quoniam anima est in peccato potest per potentiam divinam esse in gratia, sed in tempore illo quo fuit concepta potuit esse in peccato & per te fuit, igitur similiter potuit esse in gratia, nec necesse fuit tunc quod fuisset in gratia in primo instanti illius temporis, sicut nec de mutatione & motu. ¶ Preterea in primo instanti potuit creaturæ gratiam in illa anima, ergo &c.

¶ Tertium est manifestum. ¶ Quod autem horum trium, quæ ostensa sunt esse possibilia, factum sit, Deus novit, si auctoritati ecclesiasticæ, vel auctoritati scripturæ non repugnet, videtur probabile, quod excellentius est attribueretur Mariæ.

¶ CONTRA secundum istorum membrorum instatur dupliciter. primo sic. Quicquid Deus immediate agit circa creaturam agit in instanti, quia secundum Philosophum 8. phys. virtus infinita agit in instanti, quia virtus infinita & finita non potest agere in equali mensura, igitur non potest iustificare animam in tempore habito * instanti culpa. ¶ Preterea, aut illa iustificatio esset motus, aut mutatio, non mutatio, quia non esset in instanti, non motus, quia non esset successio secundum partes mobilis, scilicet anime quia ipsa est indivisibilis, neque secundum partes forme, scilicet gratiæ, neque secundum media inter extrema, non enim est medium inter privative opposita circa aptum natum, sicut nec est absolute medium inter contradictoria, nec alterum illorum secundum partes acquirebatur, vel amittebatur, neque subiectum est divisibile, igitur. ¶ Ad primam instantiam dico, quod si Deus voluntarie non agit in aliquo instanti, non necessario, propter hoc oportet eum expectare tempus, ut in instanti * determinato illius ipsis agat, sed potest agere in tempore, in cuius primo instanti non agit, verum est igitur quod Deus potest agere in instanti quicquid immediate agit, sed non est necesse ipsum agere in instanti. ¶ Ad secundum dico, quod stricte loquendo, sicut philosophus loquitur de motu, & mutatione, ista iustificatio passio,

¶ Sed ostenditur contra hoc.

Dist. 1. simon

Bar. dictum Dist. 1. de his

8. phys. 77.

8. phys. 77.

D

8. phys. 77.

tempus

A passio, nec est motus, nec mutatio, sed aliquid habens de utroque. hoc quidem habens de mutatione. q̄ vt forma simplex, & indiuisibilis mest subiecto: hoc autem de motu, quia in nulla mensura indiuisibili inest, sed in tēpore, & in hoc deficiet a mutatione. deficit autem a motu, quia non est fluxus s̄m partes forme, vel mobiliis, vel s̄m media inter extrema, quia hic nulla sunt media, sicut probatum est. ¶ Exemplum est. mobile transiit a forma sub qua fuit in ultimo instanti quietis, ita quod post illud instans est continua deperditio illius forme secundum partes eius. & cōtinua acquisitio forme oppositę, sed si in toto tempore inesset forma opposita, & in nō successiue acquirerentur partes eius, esset simile in proposito, q̄a tūc illius forme actio nō esset motus nec mutatio, sicut nec modo transiitus a * mutatione ad motum,

B
mutatio
ps.
vel econuerso est mutatio, vel motus. ¶ Sed quare passio causata ab agente naturali est mutatio, vel motus & non ista? Respondeo. quia agens naturale si potest subito inducere formā, inducit per mutationē. & si non pōt, necesse est vt agat in tpe, & ita per motum. Deus autem, & si posset inducere formā in instanti, tamen si nō induceret in instanti potest inducere totam in tempore, ita q̄ non partes ante partes, posse enim agere in tempore, non est imperfectionis in agente, licet necessitas agendi in tempore sit imperfectio.

SI AUTEM teneatur pars negatiua questionis, ad omnes auctoritates in contrariam partem responderetur, q̄ quilibet si-

lius Adā naturaliter est debitor iustitię originalis. & ex demerito Adā caret ea, & ideo omnis talis habet vnde contrahat peccatum originale. Sed si alicui in primo instanti creationis animę detur gratia, ille licet careat iustitia originali, nunquā tamē est debitor eius, quia merito alterius pręuenientis peccatum datur sibi gratia, quę æquiualeat illi iustitię quantum ad acceptationē diuinā, immo excedit. ergo quantum est ex se quilibet haberet peccatū originale, nisi alius pręueniret merendo, & ita exponenda sunt auctoritates q̄ omnes naturaliter propagati ab Adā sunt peccatores, hoc est ex mō quo habēt naturā ab Adā, habent vnde careant iustitiā debita, nisi eis aliunde conferatur, sed sicut posset post primū instans conferre ei gratiā, ita posset & in primo instanti. ¶ Per illud patet ad rōnes factas p̄ primā opin. quia Maria maxime indiguisset Christo vt redemptore. Ipsa enim contraxisset originale peccatum ex ratione propagationis cōis, nisi fuisset pręuenta per gratiam mediatoris, & sicut alij indiguerunt Christo, vt per eius meritum remitteretur eis peccatum iam contractū, ita illa magis indiguit mediatore pręueniente peccatum ne esset ab ipsa aliquando contrahendū, & ne ipsa cōtraheret. ¶ Et si arguas contra hoc, quia prius naturaliter fuit filia Adā, quia prius fuit p̄sona, q̄ hñs gratiā. In illo igitur priori tenebatur ad iustitiā originālē, quia naturalis filia Adę, & non habuit eam. ergo in illo priori contraxit originale peccatum. ¶ Respondeo. dico q̄ q̄n opposita cōparatur ad idē s̄m

Vide dif.
2. 2. 2.
2. 2. 2.
dem.



Nota.



vide i. di.
2. 2. 2.

A ordinē nature, non simul ambo
insunt, sed tantū alterū inest, re-
liquum aut quod dī prius natu-
ra non inest, quia in eodē instan-
ti oppositum inest, sed dī prius
natura, quia tūc inesset q̄rū est ex
parte subiecti, nisi aliqd extrin-
secum impediret. ¶ Exemplū, si
materia comparatur ad formā
& ad priuationem. prius natu-
raliter ē materia nō hās formā
q̄ hīs, non quia in illo instāti in
quo habet formā realiter nō ha-
beat eā, quia tunc cōtradictoria
essent simul, sed quia tunc mate-
ria quantū ex se dimissa sibi nō
haberetur formā si aliud habens
non daret. ¶ Similiter subiectū
est prius naturaliter utroque
opposito, quia prius naturaliter
est vnumquodq; illud quod est
in se quā sit vel non sit aliqd,
quod est sub aliquo, & ita licet
materia prius naturaliter sit pri-
uata q̄ formata, non tamen se-
quitur q̄ ipsa aliqn sit non sub
forma. ¶ Similiter licet prius na-
tura materia sit aliquid in se q̄
priuata vel formata, non tñ seq-
uitur q̄ ipsa aliqn sit in se, ita q̄
nec sub priuatione nec sub for-
ma, quia hoc modo nō est aliud
esse prius nisi q̄ fm propriā rō-
nem eius, quā dī prius, neutrum
illorū includit. ¶ Ita in proposi-
to dico quod natura animæ præ-
cedit naturaliter iustitiam origi-
nalem sue gratiam æquualē
tē & carentiam iustitiæ debi-
tę. & ē in illa natura præcedit
naturaliter carentia illa iustitię
originalis illam iustitiam, quia
quantum est ex subiecto quod
est prius naturaliter utroq; oppo-
sito prius naturaliter priuatio
inesset, tñ non oportet aīam esse
aliqn sub neutro extremo neq;
prius esse sub priuatione quā

sub opposito. ¶ Quando igitur
arguitur, q̄ prius naturaliter fuit
filia Adæ, q̄ iustificata, concedo,
quia illa naturam in primo in-
stanti naturæ sic conceptam cō-
sequebatur esse filiā Adæ, & nō
habere gratiā in illo instāti na-
turæ. sed non sequitur, ergo in
illo instanti naturæ fuit priuata
loquendo de omnino primo in-
stanti, quia fm illam primitatē
natura animæ ita naturaliter p-
cessit priuationē iustitiæ, sicut
ipsam iustitiam, sed tñ pōt hoc
inferri q̄ in * rōne naturæ, q̄ est
fundamentū filiationis Adæ, nō
includitur iustitia, nec eius carē-
tia, quod concedo. ¶ Sed si obij-
cias de alio modo prioritatis na-
turæ q̄ ipsa est naturaliter prius
carens iustitia quā hīs. eā, cū
hic insit sibi a cā intrinseca. ¶ Di-
co q̄ hoc prius natura nunquā
inessit sibi, sed tñ inesset si cā ex-
trinseca non impediret & pone-
ret oppositum eius inesse. sicut
ē si in primo instanti materia
informaretur priuatio q̄ prius
naturaliter inest materię nunq̄
ei inesset. Si dicas, quomodo est
prius natura illud quod nō est
prius in essendo? Dico q̄ qñ or-
do nature est inter positiuū si-
cut inter subiectum & accidens
materiam & formam, quod est
prius natura potest esse prius in
essendo. sed qñ est tñ inter op-
posita priuatiue prioritas p cō-
parationem ad tertium nō est
nisi quia hoc inesset si aliud nō
impediret, vel est prioritas in in-
tellectu, quia. scilicet prius intel-
ligit̄ priuatiū. ¶ Et si arguatur
Maria non est iusta in primo in-
stanti naturę. ergo in illo in-
stanti est iniusta vel non iusta.
ex 2. periermenias. Dico quod
cōsequentia nō valent in prædi-
catis

*vide cō-
mū. r. phy
sic. 6. 79.*

a. l. de

*Subtili-
ma specu-
latio me-
taph.*

D

est

A catis compositis, non est album
lignum ergo est lignum non al-
bum, ita hoc non est iusta in pri-
mo instanti. i. ratione sui. ergo
est non iusta. non sequitur quia
neutrum illorum essentialiter
includit. ¶ Et si arguas, in primo
instanti naturā vere intelligitur
non iusta. dico qd non, sed vere
non intelligitur iusta. quia ab-
strahentium non est mendaciū.
2. phyl. non enim omnis intelle-
ctus non intelligens hoc intelli-
git non hoc, vt non intelligens
hominem esse animal non intel-
ligit ipsum nō animal. quia tūc
non posset esse abstractio sine
mendacio, auferendo ab aliquo
quod sibi essentialiter inest.

*Ianua vi-
giu glorio-
se aperta.*

¶ Ad aliud de apertione ianue.

pater quod ianua fuit sibi aper-
ta per meritum passionis Christi

fuit prout & acceptę specialiter

B in ordine ad hanc personam, vt

propter illam passionē nunquā

huius personę inesset peccatū,

& ita nec aliquid propter quod

ianua clauderetur, cum tamen

sibi ex origine competeret vn-

de ianua clauderetur sicut alijs.

¶ Si quaratur vtrum si fuisset

mortua ante passionē filij fuisset

beata. Dicitur potest quod san-

cti patres in limbo purgati fue-

runt a peccato originali. & ta-

men clausa fuit ianua vsque ad

solutionem pænę debitę. ita n.

determinauerat Deus qd licet

acceptaret passionem Christi p-

uissimā ad remittendum culpam

originalem omni credenti & cre-

dituro illam passionem, non ta-

men remittebat pœnam illi pec-

cato debitam, scilicet carentiā

visionis diuinę propter passio-

nem prauissimā sed propter ip-

sam exhibitam, & ideo sicut il-

ls patribus uon paruit ianua

quousque passio Christi fuit ex

hibita, ita probabile est qd nec

beatę virgini. ¶ Ad argum. Ber.

potest responderi, quod in in-

stanti cōceptionis naturā fuisset

sanctificatio nō a culpa quę

tunc infuit, quia nulla fuit, sed

a culpa quę tunc infuisset nisi

tunc gratia illi animę fuisset in-

fusa. ¶ Et si arguatur quod ibi

fuit libido. fallum est de con-

ceptione naturarum, licet

posset concedi fuisse in conce-

ptione & cōmixtione seminū.

¶ Et dato quod in conceptione

seminum fuisset creatio animę,

non fuisset aliquod inconue-

niens gratiam tunc fuisse infu-

sam animę, pp quā aīa non con-

traxisset aliquam infectionem a

carne cum libidine seminata, si

cut enim post primum instans

baptismi potuit manere infe-

ctio corporis contracta per pro-

pagationem cum gratia in ani-

ma mundata, ita potest esse in

primo instanti, si Deus tūc crea-

tuit gratiam in anima Marię.

QVAESTIO. II.

*De sanctificatione corporis Christi.
quare scilicet, & quomodo non con-
traxerit originale peccatum.*



D secundum dici-

tur secundum ma-

gistrum, qd aliqua

portio erat ī Adā,

de qua omnes fi-

lij eius propagati sunt, & aliqui

ponunt quod aliquid illius por-

tionis non fuerit infectum in

Adam sed seruatum mundum

vsque ad generationem Christi.

SED CONTRA primū quā-

tum finitum p ablationē finitā

D : ab

*In. 2. lib.
dist. 30.*

A ab eo aliquotiens factam posset consumi, & maxime ita modicum quantum sicut esse semen descendendum ab Adam in procreatione filiorum iam videtur totaliter esse consumptum.

Contra ¶ Quod si dicas illud in se multiplicari, sicut dicit magister, hoc non videtur posse fieri sine miraculo, sicut de pannib. euan gelicis, de quibus exemplificat, *Itē, quod* & ita non erat possibile patrem generare quantum est ex parte formationis corporis sine miraculo, quod non videtur probabile.

QVI NON TENENT hic magistrum secundum diversum modum ponendi de peccato originali diversimode hic respondent, dicentes enim quod peccatum originale contrahitur propter carnem infectam concupiscibiliter seminatam, dicitur carnem totam Mariæ fuisse sanctificatā, & ita illud quod assumebatur ad formationem corporis Christi prius quam assumebatur fuit sanctificatum, ut non esset ibi infectio aliqua in instanti infusionis animæ.

SED CONTRA hoc arguitur, quia si sanguines beatæ virginis erant de quibus formabatur corpus Christi secundum Dam. 48. cum nunquam fuerunt animati anima alicuius hominis, per consequens nunquam ab anima peccatrice contraxerunt maculam, nec per consequens ex parte eorum potest assignari ratio maculæ, vel sanctificatio corporis generati ex eis. ¶ Quod si dicatur quod virtus actiua formans corpus ex eis fuit infecta, & ideo corpus generatum infectum.

¶ Hoc non videtur verum, si

spiritus sanctus immediate formavit illud corpus de illis sanguinibus.

¶ Præterea, non videtur probabile corruptionem esse sine generatione in quocunque genere, sed ista sanctificatio siue mudatio carnis esset corruptio illius morbidæ qualitatæ positivæ, & tamen nullius alterius qualitatæ positivæ esset generatio gratiæ non, quia non est capax sanctitatis.

ALITER SE CUNDM *Vide huius de sac. l. 2 par. 1. c. 5.* viam Ansel. qui ponit peccatum originale esse carentiam iustitiæ debite sicut tactum est dist. 32. secundi. pater. qualiter Christus non contraxit originale peccatum, quia non fuit filius naturalis Adæ, & ideo non erat debitor iustitiæ originalis, acceperunt enim illi soli iustitiam in Adam, qui ab eo erant defecuri per rationem seminalem, **D** hoc est respectu quorum Adā habuit rationem patris naturalis secundum communem propagationem, unde sicut illis solum potuit servare iustitiā, ita illis solum potuit perdere illam, & ideo si Christus fuisset purus homo & non Deus, miraculose tamen natus de virgine secundum eum non contraxisset originale peccatum.

¶ Ista sententia patet per eum de conceptu virginali. ca. 10. & deinceps, & expresse. ca. 19. ubi vult quod innocentia Christi potest poni duplex ratio, scilicet sanctificatio virginis matris, & miraculosa formatio corporis non per propagationem communem. & utraque per te sufficeret ut Christus innocens nasceretur.

Vide 31 dist. 2.